

F

massariorum et submassariorum aliarumque personarum ad massariorum servitium deputatarum. et si eos didixerit fraudulenter ^{ex aut} minus bene procedere, ita quod mora ipsorum in officio curie sit dampnosa, possit eos ammovere, recepta ab ipsis fideiussoria cautione de stando iuri et iusticio facienda; et exinde statim informet dominum regem, ut per eum alia magistri massarii subrogentur. in cuius fideiussionis defectu eos capiat de personis duendos vel mittendos ad curiam, in illis scilicet casibus, quos viderit expedire. Item dabit temporibus oportunis eisdem magistris massariis merca curie pro animalibus massariorum ipsarum successive mercandis; et semel in anno videbit coria et pelles animalium massariorum ipsarum, que mortua et cognitis mercis et signis curie, quibus mercata et signata fuerint, et signata fuerint, ac deinde combustis coria et pelles huiusmodi vendi faciat per magistros massarios de sui noticia, precio quo vendi poterint meliori, retenta ex eis illa quantitate, que necessaria fuerit pro subiliis et aliis apparatus aratorum. De predicto vero ex venditione ipsa percipiendo emi faciet per ipsos magistros massarios cum sua noticia animalia sufficiencia ac utilia, que massariis ipsis magis necessaria putabuntur; et cautus esse debet, quod omnia animalia, que nascentur in massariis, statim adveniente debito tempore et alia, que aliunde assignabuntur, vel ementur, statim post assignacionem vel empicionem eorum mercantur et signentur mercis et signis curie consuetis. In principio anni cuiuslibet de mense septembris habere procuret inventaria publica de singulis massariis, statu et condicione ipsarum, victualibus et leguminibus, que in eis erunt, numero aratorum, cum quibus laborantur, ac numero personarum ad earum

[9] *Abat*

V [10] *Abat*!